Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quorum uita non erat iam de terris.
in quibus xpc preliabatur: sed de
celis. Hinc ascendisse leguntur
in cenaculum. quo pascha dignis
sime celebratur: ibi quippe ma
nebant. cum maria matre ihu.
unanimiter aspirati in caritate
perseuerantes in oratione. donec
induerentur uirtute ex alto.
Ceperant enim iam orare. qui
dudum cum dno conuersantes uir
tutibus et miraculis. et bene perseue
rantes in oratione nichil hesitan
tes. donec acciperent munera spc
sci. que poscebant. Quos et uos
o filie imitamini: que in scola
xpi permanere uouistis. perseuera
te in orationibus unanimiter ui
uentes quo usque intrare possitis
gaudia eterne uite. quo beata
uirgo feliciter hodie introiuit.
alternantibus ymnidicis angelorum
choris infra pascua eterne
uiriditatis. ubi una societas
omnium supnorum. ubi dulcis sol
lempnitas angelorum. ubi post
labores et erumpnas felix et su
auis refectio animarum.

Hodie gloriosa semper uirgo
maria celos ascendit.
rogo gaudete. quia ut ita fatear.
ineffabiliter sublimata. cum xpo
regnat in eternum. Regina mun
di hodie de terris et de presenti
sclo nequam eripitur. iterum dico
gaudete. quia secura de sua iam
inmarcescibili gloria ad celi iam
peruenit palatium. Exultate in
quam ac gaudete. et letetur omnis
orbis. quia hodie nobis omnibus
eius interuenientibus meritis
salus aucta est. uobis quoque di
ligentibus honor et uirtus. una
cum reliquis uirginibus sacris
amplior testatur et gratia. Idcirco
dilectissime letamini et laudate.
quia si pphico ore in scis suis lau
dare iubemur. multo magis
eum in hac celebritate beate
uirginis matris eius oportet
cum ymnis et laudibus diligen
tibus extollere. et dignis dlo iubi
lare preconiis ac mysticis ho
norare muneribus. Nulli dubium
quin totum ad gloriam laudis
eius pertineat. quicquid digne